



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VI. Bischoff Ludwigss zu Brandenburk Vidimuss Ueber die nechstobgesetzte König Albrechts Confirmation, Schutz vnd Befreiungsbrief dem Closter Himmelpforten gegeben etc.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

heredis, largas possessiones ac liberas proprietates, sicut apparet in suis instrumentis patentibus, erogauit, Nos idem monasterium ac personas in eo Christo deuote famulaturas cum omnibus bonis, quibus in presentiarum rationabiliter est dotatum, aut hijs bonis, que in futurum iustis modis, largiente domino, poterit adipisci, sub nostram regalem protectionem suscipimus specialem; priuilegia quoque, libertates, iurisdictiones, terras, domos, possessiones, predia et alia bona, que in eiusdem Coenobij iustam cedent possessionem, eidem monasterio et personis inibi diuinis obsequijs mancipandis autoritate regia confirmamus; concedentes, ut in locis, in quibus iurisdictionem habuerint temporalem, persone idonee per ipsos possint constitui, qui ius reddant et iusticiam, sicut ipsa iurisdictione ipsis competere dinoscitur, nostro et imperij iure in omnibus semper saluo. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc protectionem nostram, confirmationem et concessionem huiusmodi infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc fecerit, grauem nostre indignationis offensam se nouerit incursum. In cuius rei testimonium hanc literam exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum in Castris apud Wizenloch, XIII Kalend. Junij, Anno domini M^o. CCC^o. primo, Indictione XIII, Regni uero nostri Anno tertio.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmum Seydell suprädictum Notarium publicum, et concordat cum eodem de Verbo ad Verbum, quod attestor hac mea manu propria.

VI. Bischoff Ludwigs zu Brandenburg Vidimus Ueber die nechstobgesetzte König Albrechts Confirmation, Schutz vnd Befreiungsbrief dem Closter Himmelforten gegeben etc.

Nos Lodeuicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas Domini Alberti, quondam Romanorum regis felicitis memorie, ueras et integras, non concellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua parte uiciatas, uidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Albertus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani imperij fidelibus, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Quoniam monasteriorum fundatores etc. etc. Volget der Text also von wort Zu wort, wie hiroben Im Originael. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapftorp, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o., feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Dass diese Vidimus Copei mit seinem Rechten Pergamenen Originale allenthalben vberintrifft vnd gleichlautend ist, Dass Bekenne vnd betzeuge Ich obgesetzter Notarj Erassmus Seydell mit diser meiner eigenen Handschrift.